Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

In dedicatione ecclesiae: Lesung aus dem Evangelium nach Lucas

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

Amore nr̄o fratres k̄mi redemptor noster occubuit. & nos amore eius discamus uincere nos met ipsos. Quod si perfecte agimus non solum inminentes poenas euadimus. sed communi cum mart̄ribus gloria remuneramur. Nam quamuis occasio persecutionis deest. hab&tamen & pax nr̄a mart̄riū suum. Quia & si carnis colla ferro non subdimus. sp̄ itali tamen gladio. carnalia desideria in mente trucidamus.

IN DED[illegible] ECCLESIAE

LEC SCI EVG SEC LUCAM

In illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Non est arbor bona quae facit fructus malos. neq; arbor mala faciens fructum bonum. Et reliq.

OMEL UENER BED PRBI DE EADEM LECTIONE.

QVIA PROPITIA DIUINITATE fr̄s karissimi sollemnia dedicationis ecclesiae celebramus. debemus congruere sollemnitati quam colimus. Ut sicut ornatis studiosius eiusdem ecclesiae parietibus. plurib; accensis luminarib;. amplificato numero lectionum. addita psalmorum melodia. laetis noctem uigiliis & more transegimus. ita &iam penetralia cordium nr̄orum. semper necessariis bonorum operum decoremur ornatib;. Semper in nobis flamma diuinae pariter. & fraternae caritatis augescat. Semper in scūario pectoris nr̄i caelestium memoria preceptorum. & angelicae dominationis dulcedo sc̄a resonet. Hi sunt enim fructus boni arboris. hi boni thesauri cordis. haec fundamenta sapientis architecti. quae nobis hodierna sc̄i euangelii lectio commendat. Non nos formam solummodo. sed uirtutem potius habere pietatis. Quod &iam mystica ueteris instrumenti nobis historia diligenter insinuat. quando uel moyses tabernaculum. uel templum dn̄o salomon in scā ecclesiae typum condidit. Utraq; enim domus firmiter fundata esse

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg